

crum sit incomparabile... qui autem hoc modo varie non afficitur, de hoc prorsus dubitari non potest, quod fratrem ex mandato non diligit. (*Interrog. 175. resp.*)

XVI. Dictionis inaffectata simplicitas decora mihi videtur, & professioni Christiani hominis conveniens; cuius est non ad ostentationem magis scribere quam ad publicam utilitatem. (*Epist. 167. Diodor.*)

XVII. Patrum vestigiis non insistere; & suam ipsorum excogitatum sententiam velut potiore, voci illorum anteferre, præsumptionis plenum. (*Epist. 300. Canon.*)

na, por ser incomparable su ganancia.... Pero del que no siente estos varios afectos, no se puede dudar que no ama al hermano, segun el precepto. (*Interrog. 175.*)

XVI. La locucion sencilla y no afectada me parece á mí decente, y qual conviene á la profesion del hombre Christiano, al que pertenece escribir para la pública utilidad, y no para hacer ostentacion. (*Ep. 167.*)

XVII. El que no sigue las pisadas de los Padres, y no antepone á su voz la propia sentencia, como si fuera mejor, está lleno de presuncion. (*Epist. 300. Canon.*)



SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE S. GREGORIO NACIANZENO,

Correspondientes al cap. III. art. IV.

I. Optimus hic ordo est, ut qui, vel sermonem, vel rem aliquam, auspicatur, à Deo incipiat, & in Deo conquiescat. (*Orat. 1.*)

II. Ab eo, qui hanc curam suscepit, non hoc solum requiritur ut malus non sit, sed etiam ut virtute prætet... ita ut magis virtute antecellat, quam honore & dignitate superet; nec modum sibi illum honeste vivendi, atque ad altiorem virtutis gradum ascendendi constituat; nec lucro potius id quod arripuit, quam damno id quod effugit deputet. Nec virtute vulgus anteire magnopere amplum, atque illustre iudicet; verum detrimento ducat, si à suscepti muneris dignitate absit. (*Ibidem.*)

III. Sit sane aliquis non modo à vitiorum contagione purus, verum ad summum etiam virtutis fastigium evector; haud equidem video quam scientia instructus, aut quibus viribus fretus, huiusmodi præfecturam intrepidè suscipere queat. (*Ibidem.*)

IV. Alios docere aggredi, priusquam ipsi satis edocti simus, valde stultorum, ac temerariorum hominum esse videtur: stultorum, si ne inscitiam quidem suam non agnoscant; temerariorum, si cum eam cognitam habeant, hoc tamen negotium aggredi non verentur. (*Ibidem.*)

V. Quis est qui veritatis propugnatorem unius diei spatio velut è luto statuam fingit? Illum inquam qui cum Angelis stabit, ad supernum altare sacrificia transmittet, cum Christo Sacerdocio fungetur, figmentum instaurabit, imagi-

nem exhibebit, superno mundo opificem aget, & ut quid majus dicam; Deus erit, aliosque Deos efficiet? Scio cujus Ministri sumus, & ubi jacentes, & quo mittentes. Scio quæ Dei sublimitas, quæ humana infirmitas. (*Ibidem.*)

VI. Nec quidem Templum ingredi liberum cuiquam fuit, nisi & animo & corpore, vel ad minima usque, purus esset; tantum aberat ut ad Sancta Sanctorum audacter accederet; aut cuius jus esset, velum, aut arcam, aut Cherubin, vel prospicere, vel attingere. Hæc cum ego nossem, illudque insuper, neminem, & Deo magno & Sacrificio & Pontifice dignum esse, nisi qui prius seipsum Deo hostiam viventem, sanctam exhibuerit, ac rationabile obsequium, gratum, atque acceptum ostenderit; quo tandem modo externum istud Sacrificium, illud magnorum antitypum mysteriorum ipsi offerre auderem, aut Sacerdotis habitum, aut nomen subire? (*Ibidem.*)

VII. Videte quam recte inter utrumque timorem negotium transigam; nimirum ut nec minime oblatam præfecturam appetam, nec oblatam repudiem. Illud enim temerarium est, hoc inobedientium, & utrumque imperitorum. (*Ibidem.*)

VIII. Per incruentum Sacrificium, Christo ipsiusque passionibus, & Divinitati ejus communicamus. (*Orat. 3.*)

IX. Apud Christianos lex & norma amicitiae, quisque ipse est, atque ea proximis velle quæ sibi ipsis. (*Ibidem.*)

X. Virtutis ipsius hæc una lex est, ne levissimis quidem vitiis, atque ab omnibus neglectis, succumbere. (*Ibid.*)

XI. Ubinam & apud quos homines sancitum est, ut qui maledicuntur benedicant; qui blasphemantur obsecrent; quod scilicet non tam objectum crimen, quam veritas ipsa nos lædat; qui persecutionem patiuntur cedant; qui vestibus spoliantur, amplius adhuc se exuant, atque, ut uno verbo dicam, audaciam & importunitatem benignitate vin-

cant, eosque à quibus injurias accipiunt patientia sua meliores efficiant. (*Ibidem.*)

XII. Non in virtute proficere, nec ex veteribus subinde novos effici, sed eodem statu hære, in vitio ponimus. (*Ibidem.*)

XIII. Hoc unum timeamus nequid magis quam Deum timeamus. (*Orat. 6.*)

XIV. At nobis quemadmodum spiritualia omnia sunt, actio, voluntas, sermo, incessus denique & vestis, atque adeo ipse oculorum nutus, ratione scilicet ad omnia pertingente, aque hominem eum qui secundum Deum est componente ac moderante; sic etiam est festorum celebrandorum, animorumque oblectandorum ratio: non enim animi relaxationem interdictam volo, sed petulantiam coerceo. Si nos ad hunc modum conveniamus, ac festa Martyrum celebremus, magnum quid dicam, nos eadem præmia & ejusdem gloriæ hæreditatem percepturos. (*Ibidem.*)

XV. Propter humanæ naturæ inconstantiam, non minoris negotii est dignitatem suam tueri, quam à principio dignitatem consequi. Quippe sæpe gratia ipsa occasionem fastus, & elationis parit; sicque à Deo ad quem, ut non decuit, accessimus, exturbat: atque ita dum extollimur corruimus; *ut fiam supramodum peccans peccatum, nimirum per id quod bonum est necem mihi afferens.* (*Orat. 7.*)

XVI. Non is de alio facile malum suspicatur qui non facile ad malum impellitur. (*Orat. 8.*)

XVII. Non est hic vacandum deliciis; in spe dumtaxat deliciari debemus. (*Ibidem.*)

XVIII. Unusquisque Deo quod poterit offerat, quovis genere vitæ, & fortunæ pro præsentis facultatis modulo, aut gratia sibi concessa; ut per omnis virtutis modos, omnes Regni coelestis impleamus mansiones. (*Orat. 9.*)

XIX. Nihil, eorum quæ Deo offeruntur, tam parvum

est, quamvis longe infra illius dignitatem, quod non omnino accipiat gratumque habeat. (*Ibidem.*)

XX. Illud minime dubium est, quin etiamsi omnia contulerimus, minus tamen collaturi sumus, quam accepimus: quandoquidem divini beneficii est, quod sumus, quod Deum cognoscimus, quodque etiam quod offeramus habemus. (*Ibidem.*)

XXI. Deus largitionem, non pretio & dignitate rei oblatae, sed offerentis affectu & facultate, metitur. (*Ibidem.*)

XXII. Tota vita non aliud est quam mortis meditatio. (*Orat. 10.*)

XXIII. Nihil eos, qui sincero animi affectu Deum colunt aequè inter se conciliat, ac consentiens de Deo doctrina. Quemadmodum contra, nihil ad dissidium ita promptum est, ut diversa in hac re animorum sententia. (*Orat. 12. post reconc.*)

XXIV. Unum hoc bellum agnoscamus, quod cum adversariis potestatibus committitur. (*Orat. 14.*)

XXV. Paternae Dei benevolentiae argumentum est increpatio: contra, omnis anima quae castigationis experta est incurabilis manet. (*Orat. 15.*)

XXVI. Ut varii vitarum delectus, ita quoque variae apud Deum mansiones sunt. Alius hanc virtutem consequatur, alius aliam, alius plures, alius, si fieri potest, omnes: hoc tantum agat ut gradiatur, atque ulterius progredi studeat, ejusque, qui viam recte praemonstrat gresusque nostros regit, per angustamque portam ad coelestis beatitudinis altitudinem ducit, vestigiis insistat. (*Orat. 16.*)

XXVII. Pauperes in manus nostras intuentur, ut nos in Dei manus cum re aliqua egemus. (*Ibidem.*)

XXVIII. Ii, qui praeter dignitatem afflicti sunt, miserabiliores sunt quam qui calamitatibus assueverunt; ideo nos praecipuo miserationis affectu permovere debent. (*Ibid.*)

XIX. Duorum alterum faciendum est, ut vel omnia propter Christum deponamus, quo verè atque sincerè ipsum, sublata humeris cruce, sequamur; vel certè cum Christo opes nostras partiamur; ut ipsae honeste possedae & cum his qui paupertate constricti sunt communicatae sanctitate quadam imbuantur. (*Ibidem.*)

XXX. Egenti vel parvum aliquid tribue; neque enim parvum est ei qui rebus omnibus caret, imo ne ipsi quidem Deo, si viribus par sit. (*Ibidem.*)

XXXI. An tu benignitatem non necessariam, sed tibi liberam esse putas? ac non legem, sed consilium? Hoc quoque ipse magnopere vellem, & existimarem; sed me sinistra illa manus terret, & hoedi, & probra, quae ab eo à quo ibi collocati sunt conjiciuntur; non quia manus alienis bonis attulerunt, sed quia Christum per pauperes minime curarunt. (*Ibidem.*)

XXXII. In omni tempore, in omni rerum eventu bonam spem praeframus, neque vel in prosperis timorem, vel in adversis spem abjiciamus. Memores simus, cum tempestatis in tranquillitate, tum gubernatoris in tempestate. (*Orat. 17.*)

XXXIII. Justina Virginem Mariam supplex obsecrabit, ut periclitanti Virgini suppetias ferret. (*Orat. 18.*)

XXXIV. Promptè ac libenter tribuere, majus & perfectius est, quam praebere. (*Orat. 19.*)

XXXV. Multo satius est, ob eos qui digni sunt, indignis quoque largiri, quam dum metuimus, ne indignis largiamur, dignos etiam beneficio fraudare. (*Ibidem.*)

XXXVI. Medici nomen non quisquam obtinet, nisi prius morborum naturas consideraverit: antistes contra facile invenitur, uno die sanctos fingimus; eosque sapientes, & eruditos esse jubemus, qui nihil didicerunt, nec ac Sacerdotium quidquam contulerunt praeter velle.

XXXVII. Existimabat Basilius, privati quidem hominis virtutem in eo sistere ut vitio careat, aut quoquo modo probitatem colat; antistitem autem improbitatis effugere notam non posse, nisi multum antecellat, ac melior in dies existat, paremque dignitati suæ ac throno virtutem afferat. (*Ibidem.*)

XXXVIII. Munere, quod profitentur, indigni sunt, qui cum nihil prius ad Sacerdotium attulerint, nullas ærumnas virtutis causa pertulerint, discipuli simul Magistrique pietatis creantur; aliosque ante purgant quam ipsi purgati fuerint; heri profani, hodie sacrorum antistites; veteres vitio, pietate rudes & recentes. (*Orat. 21.*)

XXXIX. In dubiis & incertis rebus ad benignitatem, & humanitatem propensiores simus, eosque qui in culpa sunt absolvamus potius, quam condemnemus. Malus enim celerimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet; contra vir probus, nec malum quidem facilè condemnaverit. Qui enim ad vitium minime proclivis est, is nec facilè ad malum de alio suspicandum movetur. (*Ibidem.*)

XL. Non animorum acrimoniam in vitio ponimus, sine qua nemo magnum aliquod pietatis, aut cujusquam alterius virtutis munus exequi potest; sed cum generositate conjunctam, non cum inscitia, & inde nascente temeritate. Imbecilli enim & infirmi animi, tam ad virtutem, quam ad vitium segnes & tardi sunt, neque in alterutram partem magnopere inclinantur; non secus ac hominum torpore laborantium incessus. At fortes & generosi, quemadmodum si ratione gubernantur & coerceantur, magnum ad virtutem pondus afferunt, ita si à scientia & ratione deserantur, non minus momenti ad vitium habituri sunt. (*Orat. 26.*)

XLI. Discipulus es Christi mitis ac benigni, & qui nostras infirmitates portavit. Si primum obluctetur (*proximus*) leniter expecta: si secundò, ne spem abjicias: si ter-

tiò, benignum illum & humanitate præditum agricolam imitare: age adhuc cum Domino, ne inutilem & infructuosam ficum excindat, atque odio habeat; verum emmendet & curet, ac sterCUS injiciat; hoc est, eam correctionem quæ per confessionem & publicam ignominiam efficitur. (*Ibidem.*)

XLII. Non modo sermonis aut actionis, sed totius etiam temporis, atque adeo brevissimi cujusque horæ momenti rationem reddendam existimemus. (*Orat. 28.*)

XLIII. De cunctis animarum dispensatoribus, rectæque doctrinæ arbitris legem statuo: ut nec per duritiam animos exasperent, nec per submissionem elatos, & insolentes efficiant; sed prudenter & consultè in fidei causa se gerant, nec in alterutro horum mediocritatem excedant. (*Orat. 32.*)

XLIV. Intemperantia est quidquid superfluum, ususque necessarios excedit. (*Orat. 38.*)

XLV. Comessationes choreas Gentilicis pompis, festisque relinquamus... annos à quibus Verbum adoratur, si quid deliciis dandum est, in Verbo deliciemur, atque in lege divina, iisque narrationibus quæ præsentī festo consentaneæ sunt. (*Ibidem.*)

XLVI. Baptismus Christi nobis documento esse debet, purgationem, animique submissionem prius adhibendam esse: nec concionandi provinciam ante suscipi debere, quam ad spiritualis, & corporeæ ætatis perfectionem ventum fuerit. (*Orat. 39.*)

XLVII. Est Baptismus lacrymarum, verum asperior & laboriosior: quo quidem ille tingitur, qui *per singulas noctes lectum suum lacrimis lavat*, cui ipsæ vitii cicatrices foetent, *qui lugens, & contristatus incedit*: qui Manassis resipiscentiam, ac Ninivitarum humilitatem imitatur; qui publicani verbis in Templo utitur; qui denique Chananeæ in modum deprimitur, & misericordiam implorat, ac

micas poscit, hoc est, canis vehementi fame correpti pabulum. (*Ibidem.*)

XLVIII. Neque aliud esse vim & facultatem Baptismi existimare debemus, quam secundæ vitæ ac purioris vivendi rationis pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes esse debemus, atque omni custodia animas servare, ne hoc pactum violasse comperiamur. Nam cum ad mutua hominum pacta firmanda Deus medius adhiberi soleat, quantum quæso periculum est, ne foedera cum Deo ipso contracta perfregisse reperiamus; & præter alia peccata ipsius quoque mendacii, apud veritatis tribunal, rei peragamur (*Orat. 40.*)

XLIX. Nihil apud Deum magnum est, quod non pauper quoque donare possit... teipsum offert. (*Ibidem.*)

L. O ingentem benignitatis facilitatem! Cupiditatem ipsam Deus ingentis pretii loco habet. Sinit sitiri: cum ab eo beneficium petitur, beneficio afficitur; jucundius dat, quam alii accipiant. Hoc unum caveamus, ne jejuni ac parvi animi notam subeamus, parva, minimèque Dei liberalitate digna postulantes. (*Ibidem.*)

LI. Egregias opes existima, propter Christum, qui nostra causa paupertatem subiit, inopia laborare (*Ibidem.*)

LII. Nos ipsos totos Deo in munus offeramus, ut nos totos recipiamus (*Ibidem.*)

LIII. Spiritus ubi vult spirat: & super quos vult, & quando, & quantum. (*Orat. 44.*)

LIV. Nec res molestas nec jucundas pro veris rebus ducamus; verum alibi vivamus, illucque intentos oculos habeamus; atque unam molestiam, peccatum, unam lætitiã virtutem, & cum Deo conjunctionem agnoscamus (*Epist. 189.*)

ADICIONES.

I. Mejor es ceder las riendas del gobierno de nuestra salud á los que son excelentes en el arte, que ser imperitos conductores de otros, y sujetar los justos oídos, que mover la lengua ignorante. (*Ibidem.*)

II. Con mas gusto debéis aprender algo acerca de Dios, que enseñarlo; procediendo de modo, que dexando el exámen exácto de estas cosas á los dispensadores de la divina palabra, debéis reverenciar al Señor lo menos con palabras, lo mas con obras. (*Orat. 2.*)

No solamente es culpable haber sido malo, sino tambien haber estado por su voluntad cerca de serlo: porque el mal deseo casi paga la misma pena que la accion. (*Ibid.*)

III. Digo que ninguno debe ser mas activo, ni mas sufrido de lo justo: no debemos por ligereza agregarnos

I. Melius est aliis qui artis peritia præstant, salutis nostræ habenas concedere, quam imperitos aliorum aurigas esse; atque aurem potius æquam submittere, quam imperitam linguam movere. (*Ibidem.*)

II. Lubentius de Deo quidpiam discatis, quam doceatis: vosque ita comparetis ut exactiore harum rerum examinatione dispensatoribus verbi relicta, sermone minimum, operibus majore ex parte Deum colatis. (*Orat. 2.*)

Crimen est non modo malum extitisse, sed etiam à malo parum abfuisse, nimirum cupiditate ipsa pene ut actione poenam luente. (*Ibidem.*)

III. Sic statuo, nec segniorem quemquam esse debere, quam par sit, nec ferventior: ita ut vel ob le-

vitatem ad omnes se aggregat; vel ob temeritatem ab omnibus se removeat: verum ubi aperte se prodit impietas, tum vero nobis prius in ignem & ferrum ruendum, quam ut *mali fermenti* participes efficiamur, ac male affectis assentiamur: at cum suspicio sola animum nostrum male habet, timor que nullis certis argumentis innixus; tum vero potius lenitatem, quam celeritatem; & indulgentem demissionem potius quam arrogantiam & contumaciam adhibere convenit. (*Ibidem.*)

IV. Quæ per se bona sunt, nisi bene tractentur, boni gratiam perdunt (*Orat.* 33.)

V. Christus nuptiis intersit, porro ubi Christus est, modestia quoque est. (*Epist.* 193.)

III. Dico que ninguno debe ser activo, ni mas activo de lo justo: no debe ser por ligeros que sepan á todos, ni separarnos de todos: pero quando se manifesta abiertamente la impiedad, antes nos hemos de precipitar al hierro y al fuego, que tener parte en el mal fermento, ni asentir á los que no están bien dispuestos; mas quando lo que inquieta los animos es solamente sospecha, ó un temor que no tenga algunos fuertes argumentos; entonces mas conveniente es la lentitud que la precipitacion, y la condescendiente mansedumbre que la arrogancia y tenacidad. (*Orat.* 8.)

IV. Las cosas que son buenas pierden la gracia de la bondad, si no se tratan bien. (*Orat.* 33.)

V. Asista Christo á las bodas: mejor lo diré: en donde está Christo, allí está la modestia. (*Epist.* 193.)

T A B L A

DE LAS MATERIAS CONTENIDAS

EN ESTE TERCER TOMO.

El número romano significa que las materias se hallan en aquel determinado Capítulo, y los números árabes ó comunes quieren decir el Artículo en donde se podrán ver.

A

- Abdias.** Comentario de San Efrén sobre Abdias, c. I. art. 2. n. 37.
- Abraham.** Un solitario, su vida escrita por San Efrén, c. I. art. 2. n. 25.
- Acciones.** Volverse á Dios al principio y fin de las acciones, c. III. art. 4. n. 1. Dios mas atiende al afecto que á la accion, c. I. art. 4. n. 25.
- Accion de gracias.** Homilia de San Basilio sobre la oracion y accion de gracias, c. II. art. 2. n. 17.
- Adulterio.** Por qué no se castigaba igualmente en el varon y en la muger, c. II. art. 2. n. 46.
- Adversidad.** En ella se debe bendecir á Dios, c. II. art. 5.
- Accio.** Heresiarca. Cabeza de los Anomeos, ó puros Arrianos, c. II. art. 2. n. 6.
- Affliccion.** Muchas veces nos es mas util que Dios nos dexé en la affliccion, c. II. art. 4. n. 74.
- Alma.** Doctrina de San Gregorio Nacianzeno, c. III. art. 3. n. 11.
- Amistad.** La union en el modo de pensar, segun Dios, consolida la amistad, c. III. art. 4. n. 23.